



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Gelasivs Conf. 5.Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

legebat. Atque ad hoc denique lumen perspicere
viri virtutem sc̄e etiam invidia fassa est. Ex Sutorio.

*Premittamus thesauros nostros in Cælum; sunt vectores pauperes, qui possunt sinu suo, que nostra
sunt, ad superna portare. Nemo de fraude dubitet ba-
julorū; tuta est ista transvectio per quam nostra ad
Deum, Deo fiducijs ore, portatur. S. Pet. Chrys. ser. 7.*

S. GELASIVS CONF. 5. Februarij.

GELASIVM habes, sed unā OPILIVM fratrem;
pietate ita germanos, ut ex eodem ovo pro-
natos dicere posses, si non utrumque per nos li-
ceret spectare. Utrumque igitur Placentia genuit,
utrumque extulit, hodieque etiam velut lucidissi-
mum cæli fidus, & morbidis propitium suspicit.
Et OPILIVM in cælo lucere quid mirum, quando
in cælum inter preces oculo, animo abire, imò
cū lucem oculorum mors extinxit, radiare ta-
men visus est? Iam innocentiae & reliquarum vir-
tutum choro dum vivit, vitæ austерitate velut
munimento quodam cavit. Itaque totos dies je-
junus agere, coenamque à matre submissam roga-
toribus in ponte præbere, ipse satis sacrarum lite-
rarum lectione pastus cælique delitiis ebrius. Pari
passu cum OPILIO GELASIVS incessit, in omni-
bus frati cedens præterquam virtutis palæstrâ,
nihil invidens quam vitæ sanctimoniam. Sed ju-
verit nosse, quibus artibus invidiam hanc in ocu-
lis GELASIVI cælum accenderit. OPILIVM solùm
inter præces agere putabat: sed cubiculum ingressus
socios illi assistere innumeros Angelos vidit,
mox Christi vocem illam audivit: *Sinite parvulos
venire ad me, talium est regnum cælorum.* Hoc in-
quam spectaculum, hæc verba animū sauciarunt;

hæc

Feb.
icere
urio.
sint
oftra
t ba-
ra ad
er.7.

ij.

trem,
pro-
os li-

nuit,

diffi-

picit.

ando

, imò

re ta-

n vir-

velut

es je-

roga-

lite-

Pari-

omni-

strâ,

ed ju-

ocu-

solum

gref-

udit,

ulos

c in-

unt;

hec

8. Feb. VITÆ SANCTORVM. 73

hæc alas addiderunt GELASIO parvulo, ut ad Christum curreret. non jam nescius in finum parentis se currere. Nunc cur aliò festinare cernimus pueritiam? An fortè Christus non clamat? ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non audit pueritia. Aures Vlysses mundus obtutavit. Ex Ferrar.

Intellige esse tibi genus è celo cuius pater habetur in celo; Age ut sanctè vivendo sancto respondeas patri Dei Filium ille se probat, qui vitiis non obscuratur humanis, qui divinis virtutibus elucescit. S. P. Chrys. f. 68.

S. DOROTHEA V. M. 6. Februarij.

DOROTHEA Cæsareæ pro Christo captiva captivos in triumphum Cupidinem & Tyrannum duxit. Expugnanda enim binis sororibus tradita, quæ datam Deo fidem prodiderant, tam fortiter decertavit, ut ambas ab impiis castris ad antiquam fidei stationem redire compulerit: atque hæ quidē prodigionis crimen sanguine eluerunt; ipsa vero victorias victoriis perrexit nec tere, cruentas illas quidem, sed gloriæ plenas, ut quæ sciret nullam tam sposo Christo placere virginem, quam quæ suā, non alienā ruberet purpurā. Itaque cum faces lateri admoyerentur, has illa nuptiales tædas credere; cum ad gladium citaretur, velut ad thalamum properare; inter lictores quasi parnymphos obambulare; ad supplicii denique locum, ut ad melioris cœli hortos ridere. Irrisit tam innocentem risum Theophilus quispiam, & è sponsi viridariis aut rosam sibi vernam, aut autumni munus pomum virginem poposcit. Promisit utrumque DOROTHEA, fidemque vix ingressa Elysios campos exemplò liberavit. Adebat lectissimus cœlo Ephebus, & promissum Theophilum

D

eodem